

**CAULIS** erectus, herbaceus, pedalis, crassitie pennæ anserinæ, striatus, scaber, subramosus. *Rami* structura caulis, patentes.

**FOLIA** glabra, ad radicem copiosa, palmaria, in petiolum desinentia, lyrato-pinnatifida: lacinia alternæ, subrotundæ vel oblongæ, sæpe irregulares, mucronatæ, terminalis reliquis triplo vel quadruplo major; superiora caulis remota, pauca, pinnatifida: lacinia lineari-lanceolatæ, margine scabræ.

**PEDUNCULI** terminales, solitarii, tri-vel quadripollicares, subfulcati, uniflori, superne folio parvo subulato integro.

**CALYX** magnitudine Sc. humilis: *foliolis* ovatis, attenuatis, carinatis, plerumque glabris, apice valde tomentosus, albidis, interdum nudis.

**COROLLA** sulphurea.

*Pappus* plumosus.

Difficultatem extricandi plantam, quam sub nomine Scorz. *refedifoliae* intellexit III. a LINN., jam prius conquestus fuerat Cel. RETZIUS in Observ. Bot. Fasc. 3. pag. 42. Visis variis plantis, specie tamen ut credo diversis, non minus cum differentia Scorz. *refedifoliae* LIN. convenientibus quam cum Synonymis a viro laudato allatis, diu dubitavi quænam ex binis Scorzonæ a me hic descriptis esset genuina ejus *refedifolia*. Sc. *calcitrapifolia* mea convenit cum Synonymo BARRELIERI in Specieb. plant. LINNÆI citato, calycumque apicibus plerumque tomentosus; a Chondrilla vero ficula BOCCON. ficul. tab. 7. fig. 4. in Mantiss. LIN. ad Sc. *refedifoliam* relata, plane aliena est. Altera vero *refedifolia* a me hoc loco sic nominata, in omnibus consentit cum BOCCONIS figura, nisi quod Bocco plantam justo minorem sistit, minime vero congruunt apices squamarum calycis cum differentia LINNÆI, in mea enim nunquam tomentosi inveniuntur, semper vero albedo-cartilaginei, ut in Speciminibus numerosis observavi. Ambæ vero a GOUANI Sc. *refedifolia* diversa videntur. Etiam si sic LINNÆI planta dubia videatur, potius tamen *refedifoliam* LINNÆI ad meam retuli ob descriptionem foliorum quæ melius cum *refedifolia* mea quam cum *calcitrapifolia* consentit, denique quod specimen *refedifoliae* herb. LINNÆANI, quantum recordor, eadem planta est ac nostra.

Scorz. *calcitrapifoliam* distinctam esse speciem, nec varietatem Sc. *laciniatæ* non dubito, quotquot enim hujus vidi specimina, tam cultæ quam spontaneæ, lacinia foliorum semper lineares fuerunt, nec ut in *calcitrapifolia* oblongæ, totus etiam habitus plantam omnino diversam monstrat.

10-11. *bre-* SCORZONERA foliis integris pinnatifidisque, caule tomentoso subaphyllo uni-  
*vicaulis.* flo. Tab. XLIV.

Legi in summitate montium ad Hamamelif Tuneti.

**RADIX** perennis, crassitie pollicis.

**CAULIS** herbaceus, digitalis vel palmaris, erectus, simplicissimus, tomentosus, incanus, sub flore parum incrassatus.

**FOLIA** *radicalia* copiosa, caule sæpe altiora, tomentosa, ætate supra nuda, lanceolata, indivisa, sæpe in medio dilatata & pinnatifida; laciniis alternis, patentissimis, linearibus, integris, rarius pinnatifidis. *Caulina* 1-3, plerumque integra, rarius dente vel lacinula una alterave divisa, linearia, attenuata, pollicaria.

**FLOS** terminalis, solitarius, magnitudine Sc. hispanicæ.

**CALYX** imbricatus: *foliolis* latis: *exterioribus* ovatis, acuminatis: *interioribus* lanceolatis, obtusis; omnibus pubescenti-subtomentosis, versus marginem fuscis, præsertim exterioribus, apicibus lateribusque valde tomentosus, inferne membranaceis, albis.

**COROLLA** calyce dimidio longior, sulphurea,

*Antheræ* saturate purpureæ.

SEMINA unguicularia, teretia, lineis elevatis muricatis scabra,

*Pappus* plumosus.

SCORZONERA foliis radicalibus runcinatis, caule ramoso dichotomo subaphyllo. 13-14. *dichotoma.*

*Lactuca flava*; *floribus ligulatis flavis.* FORSK. Descr. pag. 143.

Legi Tuneti.

Affinis S. Picroidi, at diversa.

CAULES plures erecti, teretes, glabri, inferne striati, subaphylli, a basi ramosi: *rami* dichotomi, rigidi.

FOLIA pleraque radicalia, petiolata, dodrantalia, runcinata, glabra: lacinia lanceolata, dentato-angulata, pollicares, extrorsum majores, denticulis minutis albidis subciliata. *Caulina* sub binis primis ramificationibus, sessilia, structura radicalium: folia dein parva, lanceolata, sensim minora, ovata, integerrima, sub singulo ramo.

FLORES terminales, solitarii; *pedunculis* sub flore non incrassatis, squamosis; squamæ parum infra flores confertæ, ovata, margine membranaceæ, in calycem desinentes.

CALYX cylindricus, glaberrimus: *foliola* exteriora ovata, margine lato-membranacea, laxa; interiora linearia.

COROLLA flava, calyce longior.

PAPPUS pilosus, sessilis.

## PICRIS.

PICRIS calycibus laxis, pedunculis subaphyllis, foliis elliptico-lanceolatis cauleque *aculeata.* strigoso aculeatis.

*Hieracium echioides, capitulis cardui Benedicti, majus, arabicum, folio sinuato.*

TOURNEF. Inst. pag. 470.

*Picris calycibus simplicibus perianthio maximo obvallatis, foliis profunde sinuatis.*

GRONOV. Fl. orient. n. 243.

Legi in montosis ad Zowan, urbem Tunetanam, haud frequentem.

CAULIS erectus, pedalis, crassitie pennæ anserinæ, subramosus, striatus, adpersus totus spinulis parvis rigidis pungentibus.

FOLIA plurima radicalia, oblonga, in petiolum desinentia, bipollicaria & ultra, obtusa, dentato-subsinuata, margine & in utraque pagina aculeis parvis numerosis inæqualibus albis adpersa. *Caulina* pauca, semiamplexicaulia, lanceolata, remota, dentata, aculeata uti inferiora, sesquipollicaria, sensim minora, rudimenta ramulorum in axillis.

PEDUNCULI versus summitatem, ramosi, hispidi, foliolo uno alterove spinuloso-ciliato.

CALYX calyculatus: *foliola* lineari-lanceolata, dorso spinuloso-ciliata.

SEMINA transversim substriata. Pappus pilosus.

Differt a Picr. echioide absentia Perianthii exterioris pentaphylli,

